
N. Raim. Ursus.

Grammat. Ranzoviana

s. l., 1580.


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

47,-63. DA Box
(LN bis 118)
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

GRAMMATICA

RANZOVIANA, SCRI-
PTA AD HENRICVM RANZOVI-
VM, D. IOHANNIS EQVITIS
AVRATI FILIVM, REGIVM
VICARIVM IN HOLSA-
TIA ET DITHMAR-
SIA:

A

NICOLAO RAIMARO VRSO
DITHMARSO.

Ranzovidæ clypeus refe-



rens inſignia gentis.

M. D. XXC.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

AVCTOR MECAENATI S. D.

EN Henrice vide, decus orbis & artis amator,
 Maxima Cimbrorum gloria laus & honos.
En mi Mecænas, Muſarum maxime fautor,
 Ranzovidi generis gloria ſumma tui.
Nunc chaos antiquum, rudis indigeſtaq; moles,
 Quæ priùs immenſi ponderis inſtar erat.
Quæ quaſi pondus iners, rudis indiſtinctaq; maſſa,
 Et juvenum ingenium quæ cruciare ſolet. (bat,
Quæ forma & nervis prius ordine & arte care-
 Digna nec artis erat nomine, at umbra fuit.
Perq; libros varios, per multa volumina ſparſa,
 Piſtrina & juvenum carnificina fuit.
Illa nouos tandem ſibi corporis induit artus,
 En Metamorphoſin cernis in arte novam.
Sentibus è variis evulſam cernis & artem,
 Nulla & in hac methodo tautologia latet.
Magnæ molis erat voces diſtinguere rectè,
 Confuſumq; chaos vertere mentis erat.
Mentis & artis erat juvenili haud pollice dignum,
 Ars tamen hæc juvenum pollice digna meo eſt.
Grammaticæ ſpeciem meritò miraberis artis
 Mutatam, ſed in his tu mihi tutor eris.
Nam genus invíſum (vereor) vulgi æſtuet ira,
 Gloſſarum patribus diſplicet ille labor.
Dilacerare meum tentabunt ergo libellum,
 Qui innumeris nugis tempora longa terunt.
Ergo libri tutor, mihi fautor & Aeolus eſto,
 Tu mihi Mecænas, tu mihi fautor eris.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

LIBER PRIMUS, DE NOMINE.

CAPUT I. DE LITERIS.

GRammatica eſt ars benè loquendi: cujus ſubjectum vox, & partes notatio & conſtructio. Notatio eſt diſerta diſtinctio vocis. Vox eſt nota, qua unumquodq; vocatur: fitq; è ſyllaba, & ſyllaba fit è litera. Litera eſt nota ſoni individui: eſtq; vocalis aut conſona. Vocalis eſt litera, quæ per ſe ſonat: eſtq; diducta aut contracta. Diducta eſt, quæ ore diducto profertur, ut a, e, i. Contracta eſt, quæ ore contracto profertur, ut o, u. & h eſt aſpiratio vocalis. E vocalibus diphthongi conſtantur, æ, œ, au, eu, ei. Conſona eſt litera, quæ cum vocali ſonat: eſtq; liquida aut muta. Liquida eſt conſona, quæ inter aliam conſonam & vocalem liqueſcit, ut l, m, n, r. Muta eſt conſona, quæ inter aliam conſonam & vocalem muteſcit: eſtq; lenis aut aſpera. Lenis eſt, quæ leni ſono profertur, ut b, d, j, v, ſ, q. Aſpera eſt, quæ aſpero ſono profertur, ut p, t, g, f, c. & x eſt compendium duarum conſonarum. i in Græcis quibuſdam ſic y, & ſ in fine vocis ſic s pingitur. c ſequente a, o, u ut k, ſequente e, i (niſi interpoſito h) ut Z ſonat. t ſequente i & altera vocali (niſi præceden-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

cedente ſ aut x) ut c ſonat. p ſequente h in Græcis ut f ſonat. g inter vocalem & n, ſubſonante n ſonat. q ſequente u tantùm valet, itaq; ibidem u in liquidam vertitur, ut & inter g & aliquando inter ſ & vocalem. Literæ bifariè pinguntur: Minuſculæ, minoris formæ, ut a, e, i, o, u, h, l, m, n, r, b, d, j, v, ſ, q, p, t, g, f, c, x. Majuſculæ, majoris formæ, ut A, E, I, O, U, H, L, M, N, R, B, D, J, V, S, Q, P, T, G, F, C, X. Idq; de literis, è quibus ſyllaba fit.

CAPVT II. DE SYLLABIS.

SYllaba eſt compræhenſio ſoni integri: eſtq; brevis aut longa. Brevis eſt, quæ pronunciando corripitur, cujus ſignum ˘, ut Dĕus. Longa eſt, quæ pronunciando producitur, cujus ſignum ¯, ut rādix. Syllaba dignoſcitur exemplo aut regula. Exemplo authorum, ut fāma mălum. Regula. Brevis eſt vocalis ante vocalem in eadem voce, ut Deus, pius: & vocales finales a, e, ut Muſa, mare: & quælibet vocalis ante conſonas finales l, m, r, b, d, t, ut nihil, circum, vir, ab, ad, at: item i, u ante s finale, ut fortis, bonus.

Louga eſt poſitio, id eſt, diſjunctio vocalium interpoſitis conſonis, ut arma, axis: & diphthon-

gus

gus & contractio, id eſt, unio duarum vocalium in unam ſyllabam, ut fœlix, audio, nil, cogo: & vocales finales i, u, ut veni, manu: & quælibet vocalis finalis in monoſyllabis, ut da, de, ai, do, tu: & quælibet vocalis ante conſonas finales n, c, ut ren ſic: & a, e, o, ante s finale, ut ætas, fides, nepos: item a finale in voce inflexili, ut intra, triginta.

Anceps eſt ſyllaba natura brevis ante mutam & liquidam, ut latro, vitrum: & o finale in poliſyllabis, ut homo, amo: & quælibet in propriis, ut Diana, Cyane: item ultima in cui, mihi, tibi, ſibi, ibi, ubi, vale, cave, palus.

Syllaba præterea eſt elevata aut depreſſa. Elevata eſt, quæ pronunciando elevatur: cujus nota ; eſtq; unica tantum in quavis voce, vel in ultima, vel in penultima, vel in ante penultima ſyllaba. Depreſſa eſt, quæ pronunciando deprimitur, cujus nota ‘. eſtq; præter elevatam in quavis voce omnis.

Quædam flexa eſt ex elevata & depreſſa, cujus nota ^. Idq; de parte, ſequitur de ſpecie vocis.

CAPVT III. DE NOMINE.

VOx eſt prima aut orta. Prima eſt, quæ eſt primæ originis, ut homo, mollis, amo. Orta eſt, quæ è prima oritur: eſtq; compoſita aut dedu-

cta. Compoſita eſt, quæ è primis componitur, ut ſemihomo, præmollis, redamo. Deducta eſt, quæ à prima deducitur: eſtq; derivata aut diminuta. Derivata eſt, quæ à prima derivatur, ut humanus, molaris, amabilis. Diminuta eſt, quæ diminutionem primæ ſignificat, ut homunculus, molliculus, ſorbillo.

Vox prætereà eſt flexilis aut inflexilis. Flexilis eſt, cujus finis flecti poteſt: eſtq; ſingularis aut pluralis. Singularis eſt, qua res ſingula exprimitur, ut homo, mollis, amo. Pluralis eſt, qua res plures exprimuntur, ut homines, molles, amant. Verùm nomina quædam ſingulari, quædam plurali rarò ſunt, ſingulari rarò, quorum res ſingula ſola non extat, ut arma. plurali rarò, quorum res plures non extant, ut aurum.

Vox flexilis præterea eſt nomen aut verbum. Nomen eſt vox flexilis, qua res nominatur, cui accidit genus & caſus. Genus eſt differentia nominis ſecundum ſexum: eſtq; naturale aut neutrum. Naturale eſt, quod rebus naturalis ſexus convenit: eſtq; maſculinum aut fœmininum. Maſculinum eſt, quod rebus maſculini ſexus convenit, ut nominibus virorum, virilium officiorum, ventorum, fluviorum, montium & menſium, ut Maro, poeta, Aquilo, Albis, Athlas, Aprilis.

Fœmininum eſt quod, rebus fœminini ſexus con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

convenit, ut nominibus mulierum, muliebrium officiorum, regionum, urbium & arborum, ut Venus, nutrix, Gallia, Roma, malus.

Quæ utriq; ſexui, etiam utriq; generi conveniunt, dicunturq; communia, ut homo, teſtis.

Nomini rei indiſcreti ſexus ad diſcernendum ſexum, additur mas pro maſculino, & fæmina pro fæminino genere, ut aquila mas, fæminina piſcis.

Neutrum genus eſt, quod neutrius ſexus rebus convenit, ut nominibus metallorum, & fructuum in er & um deſinentium, ut aurum, piper, pomum at uſus multa nomina neutrius ſexus naturalis generis fecit.

Quædam nomina neutrius ſexus utrius vis generis naturalis pro arbitrio ſunt, dicunturq; dubia, ut dies, finis.

Caſus eſt ſpecialis terminatio verbi: eſtq; rectus aut obliquus. Rectus eſt, qui rectè dicitur: eſtq; nominativus aut vocativus. Nominativus eſt, quo res ſimpliciter nominatur, ut herus. Vocativus eſt, quo res vocatur, ut ô here audi. Obliquus caſus eſt, qui obliquè dicitur: eſtq; præcedens aut ſubſequens. Præcedens eſt, qui in flexionis ordine præcedit: eſtq; genitivus aut accuſativus. Genitivus eſt, quo nomen poſſeſſoris indicatur, ut heri filius.

Accuſativus eſt, quo res veluti accuſatur, ut herum amo. Subſequens eſt, qui in flexionis ordine ſubſequitur: eſtq; dativus aut ablativus. Dativus eſt, quo rei aliquid attribuitur, ut hero ſervio. Ablativus eſt, quo de re aliquid dicitur, ut ab hero. Caſus rectus, & accuſativus neutri recto, & ſubſequens pluralis ſimilis eſt.

CAPUT IV. DE NOMINE adjectiuo.

NOmen eſt proprium aut commune. Proprium eſt, quod uni tantùm rei propriè convenit, ut Roma, Maro: idq; & inde ortum majuſculis literis notatur. Commune eſt, quod multis rebus communiter convenit: eſtq; ſubſtantivum aut adjectivum. Subſtantivum eſt nomen rei per ſe ſubſiſtentis, ut homo, poeta. Adjectivum eſt nomen, quod ſubſtantivo adjungitur, ut pulcher, doctus: cui ſpecialiter accidit comparatio & motio. Comparatio eſt flexio adjectivi nominis per gradus. Gradus eſt elatio abſoluti nominis: eſtq; comparativus aut ſuperlativus. Comparativus eſt, qui cæteris præcellit, & per abſolutum cum voce magis explicatur, ut doctior, magis doctus. Superlativus eſt, qui cunctis præcellit, & per abſolutum cum voce maximè explicatur, ut doctiſſimus,

maxi-

maximè doctus. Gradus uterq; formatur è fine abſoluti in i, comparativus or, ſuperlativus ſſimus aſſumpto, ut docti, doctior, doctiſſimus: forti, fortior, fortiſſimus.

Irregularia. A deſinente in er fit ſuperlativus addito rimus, ut niger, nigrior, nigerrimus: acer, acris, acrior, acerrimus. nuperus, nuperior, nuperrimus: vetus, veterior, veterrimus. Agilis, agilior, agillimus, ſic facilis, gracilis, ſimilis, humilis, docilis, quod & regulare eſt.

Orta a dico, volo, facio & loquor, in us ut in ns deſinentia comparantur, ut benevolus vel benevolens, benevolentior, benevolentiſſimus: à facio tamen aliquando ſuperlativus regularis eſt.

Compoſita ſuperlationem ſignificantia, abjecta præpoſitione, additò multò vel longè, ſuperlativum additò quàm faciunt, ut perdoctus, multò vel longè doctior, quàm doctiſſimus.

Aliquibus abſolutum deeſt, ut ditior, ditiſſimus: ocyor, ocyſſimus: deterior, deterrimus: ſic ortis a voce inflexili & illegitimè formatis, ut citerior, citimus: ſic inferior, interior, ulterior: prior, primus: propior, proximus: poſterior, poſtremus: inde & alteri comparativi proximior, poſtremior: anterior comparativus ſolus. Ex his geminum ſuperlativum habent, exterior, extremus & extimus: ſuperior, ſupremus &

 ſum-

ſumus : ſic maturus , maturior , maturiſſimus & maturrimus : dexter , dexterior , dexterrimus & dextimus : ſic ſiniſter.

Aliquibus alteruter gradus deeſt , comparativus , ut pius , piiſſimus : novus , noviſſimus : ſacer , ſacerrimus : ab ipſe fit ipſiſſimus. Superlativus , ut ſatur , ſaturior : dives , divitor : opimus , opimior. à ſenex ſenior , à juvenis junior , ab adoleſcens adoleſcentior.

Irregulariora ſunt , bonus , melior , optimus: malus , peior , peſſimus : magnus , maior , maximus : parvus , minor , minimus & parviſſimus : multus , plus (ſingulare neutrum tantùm) plurimus.

Incomparabilia ſunt deſinentia pleraq; in dus , īnus , īvus , plex , in us purum , diminuta ab adjectivis , & à fero geroq; orta , ut ſitibundus , caninus , nativus , multiplex , aureus , varius , vetulus , legifer , armiger , ut & almus , memor , cicur.

Motio eſt flexio adjectivi nominis per genera: eſtq; in a um , aut in is e. In a um eſt , cujus fœmininum in a , neutrum in um , è maſculino in er aut us movetur , ut pulcher , pulchra , pulchrum: doctus , docta , doctum. ſic omnis ſuperlativus movetur. comparativus è naturali in or , neutrum in us mouet , ut doctior , doctius.

Quæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Quædam in er deſinentia, fœminino & neutro creſcunt, ut tener, tenera, tenerum: ſic miſer, liber, lacer, aſper, proſper, alter, exter, adulter, ſatur, & a fero geroq; orta. Dexter, dextera, dexterum & dextra, dextrum. Duō, duæ, duō, ſic ambo.

Motio in is e eſt, cujus fœmininum in is, & neutrum in e, è maſculino in er aut is movetur, ut acer, acris, acre: fortis, fortis, forte (id enim in naturali immobile eſt) celer, celeris, celere creſcit.

Quædam pro gemino fine utriuſq; motionis ſunt, ut hilarus, a, um, & hilaris, is, e: ſic exanimus, ſemianimus, effrenus, enervus, imbecillus, aclinus vel acclivus. tres, tres, tria facit.

Immobilia ſunt deſinentia in or, es, ns, ps, & x, ut memor, dives, ſapiens, anceps, fœlix, & cicur, itaq; generis omnis ſub uno fine ſunt.

CAPUT V. DE DECLINATIONE pariſyllaba.

DEclinatio eſt flexio nominis per caſus: eſtq; pariſyllaba aut impariſyllaba. Pariſyllaba eſt, cujus recto ſingulari, ſubſequens pluralis in is pariſyllabus eſt, ut Muſa, Muſis: eſtq; in æ, aut in i. In æ eſt fœminini deſinentis in a recto ſingulari, cujus genitivus & dativus ſingu-

ſingularis, & rectus pluralis in æ, ſingularis accuſativus in am, ablativus in ā, pluralis genitivus in ārum, accuſativus in as deſinit, ut

Muſa, muſæ, muſam, muſa:
Muſæ, muſarum, muſas, muſis.

Maſculina ſunt Græca verbalia in ta, ut poeta.

Communia ſunt verna, nauta, pincerna, & à verbis orta, ut incola. Subſequente plurali habent ābus, dea deabus, ſic filia, nata, equa, mula, liberta.

Propria in as & es maſculina, & in ē fœminina hujus declinationis ſunt, ut AEneas, Anchiſes, Thyſbe. ſed in as ſæpius n quàm m, in es & e n tantùm accuſativo habent, & in vocativo & ablativo s finale abjiciunt, manente vocali longa finali. Familia poſt pater, mater, filius, filia genitivo as habet, ut pater familias.

Pariſyllaba in i eſt maſculini deſinentis in er & us, & neutri in um recto ſingulari, cujus ſingularis genitivus in i, accuſativus in um, ſubſequens in ō, pluralis rectus in i, aut in a neutrum, genitivus in ōrum, accuſativus in os, aut in a neutrum deſinit.

Er. Faber, fabri, fabrum, fabro:
Fabri, fabrorum, fabros, fabris.

Genitivo ſingulari penultima brevi creſcunt, gener, generi, ſic ſocer, gibber, uter, puer, vir,

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

& adjectiva quæ motione creſcunt. dexter, dexteri & dextri. Maſculinum oleaſter arbor.

us. *Herus, here, heri, herum, hero:*
Heri, herorum, heros, heris.

Hic vocativo us in e, & ius aut jus in i mutatur, ut herus here: filius fili: Gajus Gai. at vocativo manent, vulgus, virus, pelagus, Deus. quod recto plurali Dii, & ſubſequente Diis facit.

Fœminina, humus, vannus, & Græca pleraq; a noſtris accepta. Neutra, virus, & ſæpius vulgus. Dubium alvus. Maſculina, ſpinus, rubus, libanus, quamvis arborum nomina, & ficus pro morbo. Plurali neutra, Avernus, Iſmarus, Mænalus, Maſſicus, Dindymus, Tartarus, Taygetus, ut & fœminina, Carbaſus, Pergamus. Plurali aliquando neutra, locus, iocus, (ſibilus.

um. *Fatum, fati, fato:*
Fata, fatorum, fatis.

Plurali maſculina, cœlum, porrum, & aliquando frenum, raſtrum, capiſtrum. Plurali fœminina, delicium, epulum, & aliquando balneum.

Genitivus pluralis pariſyllabæ declinationis ſæpè contrahitur, ut Deûm pro Deorum.

Pronomina dicuntur, quæ pro nomine ponuntur, & pariſyllabæ declinationis ſunt: at ille, iſte, ipſe, ſingulari genitivo ius, dativo i habent, ſuntq; motionis in a um: ſic unus, ullus, nullus,

uter,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

uter, neuter, ſolus, totus, alius, alter, habentq; genitivo i anceps ante us finale, præter alius & alterius tantùm.

Ille, iſte, alius, neutrum in ud mouent, ut ille, illa, illud.

Hic, is, quis, qui, ſic flectuntur:
Hic (vel hic) hæc, hoc: hujus:
hunc, hanc, hoc: huic: hoc, hac, hoc:
Hi, hæ, hæc: horum, harum, horum:
hos, has, hæc: his.
Is, ea, id: ejus: eum, eam, id: ei: eo, ea, eo:
Ei vel ij, eæ, ea: eorum, earum, eorum:
eos, eas, ea: eis vel ijs.
Quis, quæ, quid: cujus: quem, quam, quid: cui: quo, qua, quo: vel qui in omni genere:
Qui, quæ, quæ vel qua: quorum, quarum, quorum: quos, quas, quæ vel qua: quis vel quibus. ſic etiam qui, neutro quod.
Ego, mei, me, mihi, me:
Nos, noſtrum vel noſtri, nos, nobis.
Tu, tui, te, tibi, te:
Vos, veſtrum vel veſtri, vos, vobis.
Abſq; recto ſui, ſe, ſibi, ſe, in utroq; numero.
Meus vocativo mi. Duo, duæ, duo, ſubſequente duobus, duabus, duobus: ſic ambo.

CAPVT VI. DE DECLINAtione non creſcente.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

DEclinatio impariſyllaba eſt, cujus recto ſingulari ſubſequens pluralis in ibus impariſyllabus eſt, ut fortis, fortibus: deſinitq; ſingularis genitivus in is, accuſativus in em, aut in neutralem finem, dativus in i, ablativus in e, pluralis rectus & accuſativus in es, aut in a neutrum (accuſativus tamen genitivo non creſcentium, aut in duas conſonas deſinentium aliquando in eis, ut treis, parteis) genitivus in ium.

Impariſyllaba eſt non creſcens aut creſcens. Non creſcens eſt neutri deſinentis in e, maſculini in er, fœminini in es & is, cujus genitivus ſingularis non creſcit.

E. Mare, maris, mari:
Maria, marium, maribus.

Subſequens uterq; hîc ſimilis eſt, ut & in adjectivis hujus declinationis in quovis genere.

Nomina feſtorum pluralia tantùm, geminos genitivos habent, ut ſponſalia, ſponſalium & ſponſaliorum. Mille ſubſtantivum plurale declinatur, adjectivum non declinatur.

Er. Venter, ventris, ventrem, ventri, ventre:
Ventres, ventrium, ventribus.

Fœmininum linter. Imber ablativo imbre vel imbri, at menſium nomina inde orta i tantùm.

Cætera ablativo in e, genitivo plurali contrahuntur, ut pater, patre, patrum.

En.

Es. Nubes, nubis, nubem, nubi, nube:
Nubes, nubium, nubibus.

Apes vel apis genitivo plurali apium vel apum. Maſculinum verres. Commune vates, genitivo plurali vatum. Dubia, vepres, torques.

Is. Auris, auris, aurem, auri, aure:
Aures, aurium, auribus.

Maſculina, annalis, natalis, aqualis, majalis, jugalis, rivalis, enſis, menſis, unguis, orbis, axis, vermis, vectis, retis, fuſtis, faſcis, caſſis, callis, caulis, collis, follis, torris, poſtis, piſcis, cenchris, aſſis cum compoſitis, & in nis deſinentia, præter bipennis pro ſecuri, & dubia, finis, funis, clunis, ſentis, corbis, torquis, canalis.

Accuſativo im habent, ravis, pelvis, buris ſitis, tuſſis, amuſſis, aqualis, canabis, cucumis, vis plurali vires. ſic peregrina & propria, ut phraſis, Tigris, quæ ſæpè n pro m finali habent: & horum ablativus eſt in i tantùm, quibus adduntur, affinis, annalis, canalis, ſodalis, rivalis, mugilis, ſtrigilis, familiaris, et menſium nomina.

Accuſativo em vel im habent, navis, clavis, turris, puppis, febris, reſtis, ſecuris: & horum ablativus eſt in e vel i, quibus adduntur, amnis, anguis, avis, ovis, ignis, unguis, vectis, fuſtis, civis, claſſis, poſtis, verùm ſæpiùs e habent.

Geniti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Genitivo plurali contrahuntur, canis, panis, juvenis, ſtrigilis, volucris pro ave.

CAPVT VII. DE DECLINATIONE creſcente.

DEclinatio impariſyllaba creſcens eſt maſculini reliquarum terminationum, cujus genitivus ſingularis creſcit per vocales a, o, longas, aut per e, i, u, breves: Græca tamen quamvis vocalem creſcentem corripiunt.

Ablativus adjectivi immobilis eſt in e vel i, ut amans, amante vel amanti: ſic comparativa & verbalia in trix: at hoſpes, ſoſpes, dives, pauper, uber, degener, & propria ex adjectivis e tantùm.

Neutra ex ablativo in e, recto plurali habent a, ut corpus, corpore, corpora: verùm ex ablativo in i, vel e & i habent ia, ut fœlici, fœlicia, præter vetus & comparativa.

Genitivus pluralis ex ablativo in e tantùm contrahitur, ut mos, more, morum: at monoſyllaba in duas conſonas deſinentia, fœminina & omni caſu regularia ſunt.

Creſcentia per a. Neutra. Al, alis. animal, animalis, ablativo animali: at ſal (aliquando maſculinum) ſalis, ſale: ſic propria, ut Hanibal.

Ar, aris. calcar, calcaris, ablativo calcari:

at propria āris, ut Cæſar, Cæſaris, Cæſare, ſic jubar, nectar, far, farris: lar, laris, larium, ſic pār adjectivum.

Ma, matis, Græca. thema, thematis, ſubſequente plurali thematibus vel thematis.

Fœminina. As, atis. ætas, ætatis: ſic pronomina noſtras, noſtratium, veſtras, cujas: anas, anătis: ſic abbas maſculinum, & hepar, hepatis, neutrum.

As, adis, Græca. lampas, lampadis: ſic propria, ut Pallas.

Ax, acis. fornax, fornacis, fornacium: ſic adjectiva, ut audax. fax, făcis. Græca maſculina. abax, abacis: harpax, harpagis facit.

As, antis, maſculina. gigas, gigantis: ſic propria, ut Pallas, & in ans, ut dodrans, item adjectiva, ut amans.

Monoſyllaba. ars, artis: pars, partis: arx, arcis: faux, faucis: laus, laudis: fraus, fraudis: lanx, lancis: glans, glandis: daps, dăpis: trabs, trăbis: falx, falcis: calx, calcis, pro lapide cocto, at pro parte pedis dubium. caro, carnis: phalanx, phalangis facit. Maſculina, mas, măris: as, aſſis, inde ſemis ſemiſſis. vas, vadis. Neutra, lac, lactis: vas, vaſis, plurali vaſa, vaſorum, vaſis.

Creſcentia per e. Ēl, ēlis propria, Daniel, Danielis. neutra mel, mellis: fel, fellis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

En, ēnis. ren, renis. fœmininum ſiren. neutrum hymen, hymĕnis.

Er, eris. later, lateris: ſic cinis, vomis, cucumis, & dubium pulvis, quæ in er olim fuêre. Neutra. uber, ſuber, tuber, acer, ſiler, cicer, piper, ſpinter, laſer, laver (quod & fœmininum) cadaver, papaver, vēr, vēris: æs, æris: iter, itineris: recto inuſitata verber, juger. proprium Ceres. adjectiva, uber, celer, pauper, degener, & impubis impuberis.

Ēr, ēris, Græca. crater, crateris: ſic ſtater, balter, character: āër, aëris: æther, æthĕris, accuſativo æthera.

us, *eris neutra. onus, oneris: ſic proprium Venus, & adjectivum vetus.*

Ēs, ētis. lebes, lebetis: ſic magnes, tapes, & fœminina quies, requies (quod & requiei) & adjectiva, locuples, inquies.

Ĕs, etis, fœminina. ſeges, ſegetis. ſic teges, abiēs, & maſculina, ariēs, paries, impes. communia, interpres, indiges. adjectiva, hebes, teres, perpes, præpes.

Es, edis. pes, pedis. ſic inde orta. præs, prædis. fœminina, compes, merces, mercēdis: ſic commune hæres.

Ens, entis. torrens, torrentis. communia, parens, cliens. adjectiva, amens, demens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Ex , ecis , fœminina. nex , necis. at fex , fēcis: ſic maſculinum vervex , & halec fœmininum vel neutrum.

Ex , egis. grex , gregis. at rex , rēgis : ſic fœmininum lex , & inde adjectivum exlex. commune ſenex ſenis facit.

Monoſyllaba , mens , mentis : lens lentis : lens, lendis : plebs plēbis : merx , mercis : hyems hyĕmis facit. Maſculina , dens dentis : ſeps ſēpis.

Creſcentia per i. O , inis. ordo ordinis : ſic cardo , turbo , & proprium Apollo. Cætera in do & go fœminina ſunt. communia , homo , nemo. Dubium margo.

Il , ilis : pugil , pugilis : ſic mugil. commune vigil. fœmininum ſtrigil. neutrum ſil.

Eñ , inis neutra. omen ominis. maſculina ſunt à cano orta , ut lyricen : ſic flamen , pecten , & delphin , delphīnis.

Es , itis . ames , amitis. fœmininum merges. communia , ales , eques , comes , miles , pedes , veles , cocles , hoſpes , ſoſpes , antiſtes , ſuperſtes : quæ & fœminino hoſpita, ſoſpita &c. adjectivum diues.

Es , idis. communia à ſedeo , ut deſes deſidis.

Is , idis. lapis ,lapidis : cætera fœminina ſunt, ut iris , & chlamys per y. propria Paris Themis.

Is, inis. ſanguis, ſanguinis: ſic pollis vel pollen.

ut , itis neutra. caput , capitis : ſic inde orta

occi-

occiput, ſinciput: & adjectiua, ut anceps, ancipitis.

Ex, icis. apex, apicis: ſic adjectiua à plico & facio, ut ſimplex, opifex. remex, remigis facit. fœminina, carex, forfex, forpex, ilex, pellex, vibex, vibīcis: ſupellex, ſupellectilis, ablativo e vel i. communia, index, vindex, judex. dubia, obex, imbrex, cortex, pumex, culex, illex, ſilex.

Ix, icis. calix, calicis: oryx, orygis facit. fœminina, filix, ſalix, larix, appendix, coxendix: ortyx, ortygis facit.

Ix, īcis, fœminina & adjectiva, ut radix, fœlix: ſic matrix, lodix, cornix, cervix, perdix, pernix, priſtix, coturnix, cicatrix, ſtruix. Maſculina, phœnix, ſpadix, & per y ſandyx: commune bombyx.

Eps, ipis, à capio orta, manceps: mancipis. communia, princeps, auceps, aucupis. adjectiva, præceps, particeps, municeps. dubia, adeps, forceps. maſculinum chalybs, chalybis. commune cælebs, cælibis.

Inx, ingis, fœminina. ſphinx, ſphingis.

Monoſyllaba. nix, nivis: pix, pīcis: ſtrīx, ſtrigis: ſtyx, ſtygis: ſtips, ſtipis: līs, lītis: ſtirps, ſtirpis pro prole, at prō trunco dubium. Maſculina. glīs, glīris: dīs, dītis: gryps, gryphis. commune lynx, lyncis.

 Cre-

Creſcentia per o. Sōl, ſolis.

O & on, onis. ſermo, ſermonis: agon, agonis: ſic propria, ut Maro, Triton. In io verbalia fœminina ſuut, ut ratio, legio. Græca, canon, canonis: ſic dæmon, pepo, & fœminina icon, ſindon: & gentilia ut Seno. Orion, oriŏnis & orīonis.

On, ontis. horizon, horizontīs: ſic propria, ut Charon, Acheron.

Or & os, oris. honor vel honos, honoris: ſic mos, ros, flos, fœmininum glos, neutrum os, & comparativa, ut doctior vel doctius, doctioris. Græca, rethor, rethoris: ſic propria, ut Hector, & neutra, æquor, marmor, ador (quod & adōris) item adjectiva, memor, memorum, & à corpus, color & decor orta, ut bicorpor, diſcolor, indecor, & fœmininum arbor vel arbos.

Os, otis. nepos, nepotis. communia, ſacerdos, cuſtos, cuſtodis.

Os, ŏtis, adjectiva. compŏs, impŏs. communia, bos, bŏvis, plurali bōves, boum, bobus & bubus. heros, herōis. jupiter, jŏvis facit.

ūs, odis Græca, ut tripus, tripodis.

us, ŏris neutra. corpus, corporis: ſic ebur, robur, femur, jecur (quod & jecinŏris) & lepus maſculinum.

Ox, ocis fœminina. vox, vocis: ſic adjectiva,

ut

ut velox : at præcox , præcŏcis vel præcŏquis.

Monoſyllaba. mors , mortis : ſic ſors , chors, cohors dos, dotis : cos , cotis : ſcobs, ſcobis : ſcrobs, ſcrŏbis : nox, noctis : frons, frondis : frons , frontis : ſic maſculina , mons , fons , pons , & adjectivum ſons. neutra. ŏs , oſſis : cor , cordis , inde adjectiva ors ordis , ut vecors , vecordis. Proprium Ops , inde adjectivum inops , inŏpis.

Creſcentia per u. ul , *ulis. conſul , conſulis. communia exul , præſul.*

ur , *uris. turtur , turturis. neutra , guttur, murmur , fulgur , ſulphur. communia , augur, fur , fūris. adjectivum cicur.*

ūs , *ūris. mus , muris. neutra , jus , rus , pus , thus , crus. adjectivum plus , plurium. proprium Tellus.*

ūs , *ūtis , fæminina. ſalus , ſalutis. incus , incudis , ſic ſubſcus , palus. pecus , pecŭdis. adjectivum intercus , intercŭtis.*

ux , *ucis , fœminina. nux , nucis. at lux , lūcis : ſic proprium pollux. frux , frugis. Communia , dux , dŭcis : conjunx vel conjux , conjŭgis. dubium crux. Adjectiva , trux , trŭcis : redux , redŭcis.*

unx , *uncis. deunx , deuncis , deuncium.*

Monoſyllaba. urbs , urbis : puls , pultis. communia , ſūs , ſuis , ſuum : ſic grus.

CAPVT IIX. DE DECLINAtione peculiari.

QVædam fœminina in es, maſculina in us, & neutra in u, peculiari quodam modo declinantur.

Es. Res, rei, rem, rei, rē:

Res, rerum, rēbus. hic e penultimum inter utrunq; i producitur, ſecùs corripitur, ut faciēi, fidĕi.

Dies ſingulari dubium, plurali maſculinum, inde meridies maſculinum eſt.

us. Cenſus, cenſūs, cenſum, cenſui, cenſu:

Cenſūs, cenſuum, cenſūs, cenſibus.

Fœminina. manus, acus, tribus, domus, porticus, ficus pro arbore & fructu, idus plurale tantùm. dubia, colus, penus, ſpecus.

u, ut cornu, plurali tantùm declinantur.

Cornua, cornuum, cornibus.

Subſequente plurali deſinunt in ŭbus, lacus, acus, arcus, artus, partus, quercus, ficus, tribus, ſpecus, veru, portus, quod & portibus.

Quædam in us etiam pariſyllabè declinantur, ut laurus, quercus, ficus, pinus, platanus, cornus, colus, penus, ſpecus, quæ etiam penŏris, ſpecŏris neutra.

De-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Domus præcedente, & ablativo ſingulari etiam pariſyllabè declinatur.

Quædam nomina indeclinabilia ſunt, ut fas, nil, opus, neceſſe, nequam, inſtar, potis, præſto, expes, pondo, gummi, & numeralia à quatuor ad centum uſq;.

Idq; de nomine, de verbo ſequitur.

LIBER SECVNDVS, DE VERBO.

CAPVT I. DE VERBO.

VErbum eſt vox flexilis, qua actio aut paſſio deſignatur: cui accidit tempus & perſona. Tempus eſt differentia verbi ſecundum præſens, præteritum & futurum: eſtq; infectum aut perfectum. Infectum eſt, quod nondum actum eſt: præſens quod jam agitur, ut amo: præteritum quod antea agebatur, ut amabam: futurum quod poſtea agetur, ut amabo. Perfectum eſt, quod actum eſt: præſens quod jam actum eſt, ut amavi: præteritum quod antea actum erat, ut amaveram: futuro caret.

Perſona eſt ſpecialis terminatio verbi: eſtq; prima, quæ loquitur, ſingularis ut amo, pluralis ut amamus: aut ſecunda, ad quam quis loquitur, ſingu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

ſingularis ut amas, pluralis ut amatis: aut tertia, de qua quis loquitur, ſingularis ut amat, pluralis ut amant.

Quædam verba tertia perſona ſingulari tantùm flectuntur, dicunturq; imperſonalia, ut decet, amatur.

A ſecunda perſona ſingularis infecti præſentis formatur perfectum, s finali in vi verſo, ut amas, amavi. Quædam s finale cum vocali præcedente in ui aut i vertunt, ut domas, domui: juvas, juvi. Perfectum primorum quorundam geminatur, duabus prioribus correptis, ut tundo tutudi, at compoſita priorem rejiciunt, ut contudi.

Prior ſyllaba perfecti diſſyllabi & inde orti, & Verbi incrementum per a, e, o producitur, per i & u corripitur.

Verbum eſt abſolutum aut ſubjunctum. Abſolutum eſt, quod per ſeſe ſententiam abſolvit, ut amo. Subjunctum eſt, cui alia vox ſubjungitur, ut cum amem.

Verbum deſinit in o aut in or. In o, ſi verti poſſit in or, dicitur activum, nt amo, amor: ſecus dicitur neutrum, ut curro In or, ſi verti poſſit in o, dicitur paſſivum, ut amor, amo: ſin minus, dicitur deponens, ut loquor. Verbum in or perfecto caret. Eſt itaq; verbum activum aut

paſſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

paſſivum: activum eſt quod agere, paſſivum quod pati ſignificat: neutrum & deponens eſt activæ ſignificationis, & pauca in or utriuſq; ut oſculor, criminor.

CAPVT II. DE INFINITO & participio.

A Verbo deducitur infinitum & participium. Infinitum eſt verbum nominale: eſtq; verbale aut nominale. Verbale eſt, quod ſpecie verbi flectitur: activum, infectum ut amare, perfectum ut amaviſſe: paſſivum, infectum tantùm, ut amari.

Nominale eſt, quod ſpecie nominis flectitur: eſtq; gerundium aut ſupinum. Gerundium eſt, quod flectitur in di, do, dum, ut amandi, amando, amandum. Supinum eſt, quod flectitur in u & um, ut amatu, amatum.

Participium eſt nomen verbale: eſtq; activæ aut paſſivæ ſignificationis. Activæ, præſens ut amans, petens. futurum ut amaturus. Paſſivæ, perfectum ut amatus, futurum ut amandus. Participium flectitur ut adiectivum in ns aut us deſinens.

Infinitum verbale infectum fit à ſecunda perſona præſentis in or, mutato ris in re

activo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

activo, & in ri paſſivo, ut amaris, amare, amari: Perfectum fit à prima perſona perfecti addito ſſe, ut amavi, amaviſſe. Participium activum præſens formatur à prima perſona præteriti infecti, mutato bam vel bar in ns, ut amabam, amans: loquebar, loquens. hinc fit gerundium, & participium paſſivum futurum, mutato s finali in di, aut dus, ut amans, amandi, amandus. Supinum formatur à perfecto, mutato vi in tu, aut ui in ĭtu, ut amavi, amatu: juvi, jutu: domui, domitu. hinc fit alterum ſupinum addito m, & participium paſſivum perfectum addito s, & participinm activum futurum addito rus, ut amatu, amatum, amatus, amaturus. Supinum deponentis formatur à ficto perfecto, ut à jocor tanquam à jocavi jocatu.

CAPVT III. DE CONjugatione in as.

Conjugatio eſt flexio verbi per tempora & perſonas: eſtq; in bo aut in am. In bo eſt, cujus futurum abſolutum primæ perſonæ ſingularis deſinit in bo aut in bor: formaturq; à ſecunda perſona præſentis abſoluti ſingularis, converſo s finali in bo, & ris in bor, ut amas, amabo: amaris, amabor: fles, flebo: fleris, flebor:

Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Conjugatio in bo eſt in as aut in es. In as eſt, cujus ſecunda perſona ſingularis præſentis abſoluti deſinit in as ex o, aut in aris ex or primæ perſonæ ejuſdem, ut amo, amas: amor, amaris.

Exemplum in o. Infectum.

Amo, amas, amat:
Amamus, amatis, amant.
Amem, ames, amet:
Amemus, ametis, ament.
Amabam, amabas, amabat:
Amabamus, amabatis, amabant.
Amarem, amares, amaret:
Amaremus, amaretis, amarent.
Amabo, amabis, amabit:
Amabimus, amabitis, amabunt.
o, ama vel amato, amato:
o, amate vel amatote, amanto.

Perfectum.

Amavi, amaviſti, amavit:
Amavimus, amaviſtis, amaverunt.
Amavĕrim, amaveris (vel īs) amaverit:
Amaverimus, amaveritis (vel ītis)
(amaverint.
Amavĕram, amaveras, amauerat:
Amaveramus, amaveratis, amaverant.

Ama-

Amaviſſem , nmaviſſes , amaviſſet :
Amaviſſemus , amaviſſetis , amaviſſent.

Sic omne perfectum conjugatur : itaq; perfecti unica conjugatio eſt. at quædam contrahuntur , ut amaſti , amarùnt vel amavère , amarint , amaſſe, pro amaviſti , amaverunt , amaverint , amaviſſe. ſic & in alijs conjugationibus:

Irregularia perfecta & ſupina.

ui , itu. domo , ſono , tono , veto , cubo , crepo, at increpo , diſcrepo etiam regularia. neco , etiam necui , nectu , ſic ſeco , frico , plico , plicitu , at compoſita cum nomine & ſub , regularia tantùm. mico , micui ſine ſupino , at dimico etiam regulare. juvo , juvi , jutu. à poto ſupinum etiam potu. lavo ſine perfecto. ſine perfecto & ſupino ovo , labo , nexo. Do , dăbam , dăbo , dĕdi , dàtum : ſic venundo , circundo , peſſundo. Sto , ſtĕti , ſtătu. compoſita , aſto , aſtiti , aſtitu & aſtatu.

Exemplum in or.

Amor , amaris , amatur :
Amamur , amamini , amantur.
Amer , ameris , ametur :
Amemur , amemini , amentur.

Ama-

Amabar, amabaris, amabatur:
Amabamur, amabamini. amabantur.
Amarer, amareris, amaretur:
Amaremur, amaremini, amarentur.
Amabor, amaberis, amabitur:
Amabimur, amabimini, amabuntur.
o, amare vel amator, amator:
o, amamini, amantor.

Secunda perſona ſingularis pro ris etiam re in fine babet, in quavis conjugatione, ut amaris vel amare, peteris vel petere.

CAPVT IV. DE CONjugatione in es.

Conjugatio in es eſt, cujus ſecunda perſona ſingularis præſentis abſoluti deſinit in es ex o, aut in eris ex or primæ perſonæ ejuſdem, ut fleo, fles: fleor, fleris.

Exemplum in o. Infectum.

Fleo, fles, flet:
Flemus, fletis, flent.
Fleam, fleas, fleat:
Fleamus, fleatis, fleant.
Flebam, flebas, flebat:
Flebamus, flebatis, flebant.

Fle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Flerem, fleres, fleret:
Fleremus, fleretis, flerent.
Flebo, flebis, flebit:
Flebimus, flebitis, flebunt.
o, fle vel fleto, fleto:
o, flete vel fletote, flento.

Irregularia infecta & ſupina.

ui, itu. habeo, taceo, moneo, arceo, ſorbeo (quod & ſorpſi) ſorptu: torreo, torrui, toſtu: teneo, tenui, tentu: cenſeo, cenſui, cenſu: doceo, docui, doctu: miſceo, miſcui, miſtu & mixtu: timeo, timui ſine ſupino. neutra. placeo, debeo, præbeo, mereo, noceo, ſoleo, careo, quod & caſſu: frendeo, frendui, freſſu: pateo, patui, paſſu. oleo regulare vel olui, olitu, ab adoleo, adolevi, adultu. cætera carent ſupino. liqueo, licui, ferveo, ferbui facit.

Vi, tu. voveo, vovi, votu: ſic moveo, foveo: faveo, favi, fautu: ſic caveo: cieo, civi, citu. neutra ſine ſupino, aveo, paveo, flaveo, ſalveo, liveo: conniveo etiam connixi facit.

Di, ſu. video, vidi, viſu: tondeo, totondi, tonſu: ſic ſpondeo, mordeo, pondeo neutrum. neutra. prandeo: ſedeo, ſedi, ſeſſu: ſtrideo ſine ſupino.

Si,

Si, ſu. rideo, riſi, riſu : ſic ſuadeo, tergeo, mulceo, mulgeo (quod & mulxi) mulctu: torqueo, torſi, tortu : indulgeo, indulſi, indultu: jubeo, juſſi, juſſu. neutra. ardeo, hæreo, fulgeo: maneo, manſi, manſu, at compoſita a in i mutantia, emineo, eminui, ſine ſupino. ſine ſupino, algeo, urgeo, turgeo. ſine perfecto, audeo, auſu (inde auſim, is, it: int) gaudeo, gaviſu: mœreo, mœſtu.

Xi, ctu. augeo, auxi, auctn : ſic ſugeo, lugeo, & ſine ſupino luceo, frigeo ſine perfecto & ſupino, polleo, nideo, flaceo, glabreo, clueo.

Exemplum in or.

Fleor, fleris, fletur:
Flemur, flemini, flentur.
Flear, flearis, fleatur:
Fleamur, fleamini, fleantur.
Flebar, flebaris, flebatur:
Flebamur, flebamini, flebantur.
Flerer, flereris, fleretur:
Fleremur, fleremini, flerentur.
Flebor, fleběris, flebitur:
Flebimur, flebimini, flebuntur.
o, flere vel fletor, fletor:
o, flemini, flentor.

Tueor, tuitu: ſic vereor, mereor, liceor, miſereor, quod & miſertu: reor, rătu: fateor, faſſu, compoſita confiteor, confeſſu: medeor ſine ſupino.

CAPUT V. DE CONjugatione in īs.

Conjugatio in am eſt, cujus futurum abſolutum primæ perſonæ ſingularis deſinit in am aut in ar: formaturq́ à prima perſona præſentis abſoluti ſingularis, converſo o finali in am, & or in ar, ut audio, audiam: audior, audiar: peto, petam: petor, petar. Perfectnm aliquando v inter utrumq́ i rejicit, ut audij, petij, pro audivi, petivi. Supinum interdum e ante n d in u mutat, ut faciundi, oriundi.

Conjugatio in am eſt in īs aut in is. In īs eſt, cujus ſecunda perſoua ſingularis præſentis abſoluti deſinit in īs ex o, aut in īris ex or primæ perſonæ ejuſdem, ut audio, audis: audior, audiris.

Exemplum in o. Infectum.

Audio, audis, audit:
Audīmus, audītis, audiunt.

Audi-

Audiam, audias, audiat:
Audiamus, audiatis, audiant.
Audiebam, audiebas, audiebat:
Audiebamus, audiebatis, audiebant.
Audirem, audires, audiret:
Audiremus, audiretis, audirent.
Audiam, audies, audiet:
Audiemus, audietis, audient.
o, audi vel audito, audito:
o, audite vel auditote, audiunto.

Irregularia infecta.

In fio producitur i ante vocalem, niſi ſequatur r, habetq; præterito ſubjuncto fierem, infinito fieri.

Eo & queo, abſoluto præterito ibam, quibam: futuro ibo, quibo. ſubjuncto præſente eam, queam ab eo gerundium eundi, do, dum: participium iens, euntis, ſic compoſita, præter ambiens, ambientis.

Ajo, ais, ait: aiunt. Ajas, ajat, ajamus, ajant. Ajebam, &c. hic integrum eſt ai. cæteris caret.

Irreguluria perfecta & ſupina.

Eo, ivi itu: queo, quivi, quitu ſancio, etiam ſanxi ſanctu: haurio etiam hauſi, hauſtu, unde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

inde hauſurus. amicio, amicui, amictu: fulcio, fulſi, fultu: ſic farcio, ſartio. ſentio, ſenſi, ſenſu: ſic raucio. ſepio, ſepſi, ſeptu: vincio, vinxi, vinctu. ſepelio, ſepelivi, ſepultu, ſic neutrum ſingultio. aperio, aperui, apertu: ſic operio: at reperio, reperi, repertu, ſic comperio vel or. ferio ſine perfecto & ſupino. ſine infecto odi, oſu. neutra. ſalio, ſalui & ſalij, ſaltu: veneo, venivi, ventu: venio, veni, ventu. ab ajo aiſti & aiſtis tantùm.

Exemplum in or.

Audior, audiris, auditur:
Audimur, audimini, audiuntur.
Audiar, audiaris, audiatur:
Audiamur, audiamini, audiantur.
Audiebar, audiebaris, audiebatur:
Audiebamur, audiebamini, audiebantur.
Audirer, audireris, audiretur:
Audiremur, audiremini, audirentur.
Audiar, audieris, audietur:
Audiemur, audiemini, audientur.
o, audire vel auditor, auditor:
o, audimini, audiuntor.

Irregularia ſupina deponentium.

Metior,

Metior, menſu: aſſentior, aſſenſu: experior, expertu: operior, opertu & operĭtu. ordior, orſu, pro incipio, at pro texo regulare eſt. orior, ortu, inde orĭturus.

CAPVT VI. DE CONjugatione in is.

Conjugatio in is eſt, cujus ſecunda perſona ſingularis præſentis abſoluti deſinit in is ex o, aut in ĕris ex or primæ perſonæ ejuſdem, ut peto, petis; petor, peteris.

Exemplum in o. Infectum.

Peto, petis, petit:
Petimus, petitis, petunt.
Petam, petas, petat:
Petamus, petatis, petant.
Petebam, petebas, petebat:
Petebamus, petebatis, petebant.
Petĕrem, peteres, peteret:
Peteremus, peteretis, peterent.
Petam, petes, petet:
Petemus, petetis, petent.
o, pete vel petito, petito:
o, petite vel petitote, petunto.

Facio, abſoluto futuro etiam faxo: ſubjuncto præſente etiam faxim: futuro fac pro face, ut & dic, dic pro dice, duce cum compoſitis, at compoſita a facio plena ſunt.

Inquio vel inquam, inquis, inquit: inquiunt. inquiat. futuro inquies, inquiet: inquient. inque, inquito.

Quæſo, quæſumus. cæteris carent.

Irregularia perfecta & ſupina.

ui, itu. gemo, vomo, molo, elicio, compeſco, diſpeſco, & compoſita a cubo rejecto m, ut incumbo, incubui. alo, alui, alitu & altu: gigno, genui, genitu: pono, poſui, poſitu. neutra. fremo, ſtrepo, ſine ſupino. tremo, ſterto, depſo, volo, ſapio, quod perfecto & regulare.

ui, tu. occulo, occului, occultu: ſic conſulo. colo, colui, cultu: ſic volo. rapio, rapui, raptu: texo, texui, textu: pinſo, pinſui, piſtu: linquo, liqui, lictu: ſero pro ordino ſerui, ſertu. a cano compoſita a in i mutantia, occino, occinui, occentu.

ui, utu, deſinentia in uo pleraque, arguo, argui, argutu. luo ſimplex etiam luitu. neutra.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

ſternuo, nuo, ruo, rui, rŭtu, ſimplex etiam ruitu. pluo etiam pluvi. ſine ſupino, metuo, ingruo, congruo, & ſuo antiquum pro ſum, à quo ſum perfectum mutuatur, inde fŭturus reſtat.

ui, ſu. excello, excellui, excelſu: ſic præcello, & ſine ſupino antecello. meto, metui, meſſu.

Si, ſu. ludo, luſi, luſu: ſic lædo, vado, rado, rodo, trudo, ſpargo, mergo, tergo, claudo, plaudo, plodo, viſo, divido, parco, quod & peperci, parcitu. mitto, miſi, miſſu: premo, preſſi, preſſu: ſic quatio & cedo neutrum, & inceſſo, capeſſo, faceſſo, quæ & regularia.

Di, ſu. cudo, cudi, cuſu: ſic edo, mando, ſcando, præhendo, & compoſita à cendo & fendo, & ſine ſupino rudo, ſtrido, & ſido, ſedi à ſedeo, ſine perfecto fido, fiſu. findo, fidi, fiſſu: ſic ſcindo. fodio, fodi, foſſu: fundo, fudi, fuſu: pando, pandi, paſſu & panſu, at diſpando, diſpandi, diſpeſſu: tundo, tutudi, tuſu & tunſu: tendo, tetendi, tenſu & tentu: pendo, pependi, penſu: cædo, cecidi, cæſu. neutra. cado, cecidi, caſu: pedo, pepedi, ſine ſupino. A do compoſita, edo, edidi, editu: ſic credo, vendo, condo, abſcondo, quod & abſcondi, abſconſu.

Ci, ctu. ico, ici, ictu: vinco, vici, victu: facio, feci, factu, at cum præpoſitione inficio, infeci, infectu: ſic jacio cum compoſitis. diſco, didici, diſcitu: poſco, popoſci, poſcitu, ſic eorum compoſita.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Gi, ctu. lego, legi, lectu: ago, egi, actu, at ſine ſupino dego, ſatago: frango, fregi, fractu: tango, tetigi, tactu, ſic pango, quod & pegi & panxi, inde compoſita impegi, impactu. fugio, fugi, fugitu.

Xi, ctu. tego, texi, tectu: ſic ſugo, dico, duco, veho, traho, ungo, jungo, mungo, cingo, tingo, ango, clango, plango, vivo, coquo, ſtruo, fluo, & compoſita à fligo, ſtinguo, ſpecio, & lacio, & rego: at pergo, perrexi, perrectu, ſic ſurgo. pungo, punxi & pupugi, punctu, ſic repungo, at cœtera compoſita xi ctu tantùm. ſic tria a lego, diligo, dilexi, dilectu, ſic negligo, intelligo. Supino n abjiciunt fingo, pingo, ringo, ſtringo, mingo vel mejo.

Xi, xu. figo, fixi, fixu: ſic frigo, ango, fluo, flecto, plecto, pecto, necto, quæ duo etiam pexui, nexui. ſine ſupino, lingo, ningo vel ninguo, & conquiniſco, conquexi.

Pſi, ptu. ſumo, ſumpſi, ſumptu: ſic carpo, ſcalpo, ſculpo, como, promo, ſcribo, clepo, temno, demo, at emo cum cæteris compoſitis emi, emptu rumpo, rupi, ruptu: capio, cepi, captu: glubo, glubi, glubitu: ſic ſcabo, lambo, & bibo, bĭbi, bibitu. neutra. nubo, repo, ſerpo.

Vi, tu. ſolvo, ſolvi, ſolutu: ſic valvo, calvo. cerno & creſco, crevi, cretu, ſic ſperno.

ſterno,

ſterno, ſtravi, ſtratu: ſero pro ſemino, ſevi, ſātu & sītu, inde compoſita inſero, inſevi, insītu. tero, trivi, tritu: ſino, ſivi, sītu: lino, livi, levi, lini, lītu: noſco, novi, notu: at agnoſco, agnovi, agnitu, ſic cognoſco: lavo, hic lavi, lautu & lotu: paſco, pavi, paſtu: cano, cecini, cantu, ſic compoſita a retinentia: ſiſto, ſtiti, ſtātu a ſto: verto, verti, verſu: verro, verri, verſu: gero, geſſi, geſtu: ſic uro. neutra, curro, cucurri, curſu: pario, peperi, parītu & partu. quæro à quæſo quæſivi, quæſitu.

Li, ſu. ſallo, ſalli, ſalſu: ſic pſallo ſine ſupino. percello, perculi & perculſi, perculſu: procello, proculi, proculſu: vello, velli & vulſi, vulſu: fallo, fefelli, falſu, ſine ſupino refello: pello, pepuli, pulſu: fero, tŭli, latu: tollo ut à ſuſtollo, ſuſtuli, ſublatu. ab inquio inquiſti & inquit tantùm.

Sine perfecto & ſupino, fero, vergo, ambigo, gliſco, & orta in ſco deſinentia. Sine infecto, cœpi, cœptu: ſic memini ſine ſupino & infecto, præter memento & mementote, licet etiam infectæ ſignificationis ſint, ſub perfecta voce.

Exemplum in or.

Petor, peteris, petitur:
Petimur, petimini, petuntur.

Petar, petaris, petatur:
Petamur, petamini, petantur.
Petebar, petebaris, petebatur:
Petebamur, petebamini, petebantur.
Peterer, petereris, peteretur:
Peteremur, peteremini, peterentur.
Petar, peteris, petetur:
Petemur, petemini, petentur.
o, petere vel petitor, petitor:
o, petimini, petuntor.

Irregularia Infinitum hic peti. Morior aliquando moriris, & econtra orior, potior, eris.

Irregularia ſupina à deponentibus.

Tu naſcor, natu, ſic iraſcor: apiſcor, aptu, inde adipiſcor, adeptu, ſic indipiſcor: comminiſcor, commentu: proficiſcor, profectu: queror, queſtu: obliviſcor, oblitu: loquor, locutu: ſequor, ſequutu: paciſcor, pactu: nanciſcor, nactu: ringor, rictu: fungor, functu: ulciſcor, ultu: tuor, tutu: fruor, fruitu & fructu: expergiſcor, experrectu & expergitu.

Su. patior, paſſu: gradior, greſſu: fatiſcor, feſſu: ſic defitiſcor: utor, uſu: revertor, reverſu: labor, lapſu: nitor, niſu & nixu: amplector,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

pleƈor, amplexu, ſic complector. ſine ſupino, liquor, veſcor, reminiſcor.

CAPVT VII. DE CONjugatione irregulari.

QVædam infecta irregulari quodam modo conjugantur. Fero aliquâ contrahitur: præſente abſoluto, Fero, fers, fert: Ferimus, fertis, ferunt. Subjuncto præterito, ferrem: futuro, fer vel ferto: ferte vel fertote. Feror, præſente abſoluto, Feror, ferris, fertur. ſubjuncto præterito, ferrer. futuro, ferre vel fertor.

Edo (quod & regulare eſt) præſente abſoluto etiam edo, es, eſt. ſubjuncto præterito eſſem. futuro es vel eſto: eſte vel eſtote. ſupinum etiam eſtu.

Volo. præſente abſoluto, Volo, vis, vult: Volumus, vultis, volunt. Subjuncto præſente, velim, velis, velit: Velimus, velitis, velint: præterito, vellem. abſq; futuro ſubjuncto. ſic ejus compoſita, malo, nolo.

Malo, mavis, mavult: Malumus, mavultis, malunt. Nolo, non vis, non vult: Nolumus, non vultis, nolunt. hoc futurum ſubjunctum habet, noli vel nolito, nolito: nolite vel nolitote.

ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

ab his infinita, eſſe, velle, malle, nolle.

Sum, ĕs, eſt: Sumus, eſtis, ſunt.
Sim, ſis, ſit: Simus, ſitis, ſint.
Eram, eras, erat: Eramus, eratis, erant.
Eſſem vel fŏrem, es, et: Eſſemus, eſſetis, (eſſent vel fŏrent.
Ero, eris, erit: Erimus, eritis, erunt.
o, es vel eſto, eſto: o, eſte vel eſtote, ſunto.

Infinitum eſſe vel fŏre. participium ens. ſic ejus compoſita. Poſſum pro potis ſum. poſſum, potes, poteſt: poſſumus, poteſtis, poſſunt. poſſim: poteram: poſſem vel potis forem: potero.

Idq; de voce flexili, inflexilis ſequitur.

CAPUT IIX. DE ADVERBIO.

VOx inflexilis eſt, cujus finis flecti nequit: eſtq; adverbium aut conjunctio. Adverbium eſt vox inflexilis, quæ voci alij adjungitur: atq; diſcriminis ergò accentu notatur: eſtq; primum aut ortum. Primi ſignificatio varia eſt. Loci. in loco, hic, iſthic, illic, illicŏ, ibi, ubi: ad locum, hûc, iſthuc, illuc, eò, quò: per locum, hac, iſthac, illac, quà, aliqua: de loco, hinc, iſthinc, illinc, inde, unde. Temporis. præſentis, jam, nunc, hodie: præteriti, modo, pridem, dudum, anteà, heri: futuri, cras, poſtea, atq; id genus ſexenta.

Verùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Verùm pauca ob id, quod alij voci præponuntur, caſumq; certum regunt, dicuntur præpoſitiones, ut a, è, præ (quod aliquando corripitur ſequente vocali in compoſitis) è quibus inſeparabiles dicuntur rĕ, ſe, di, inde dĭrimo, diſertus. ubi ſæpè conſona finalis in ſequentis literæ naturam degenerat.

Ortum fit à nomine, à ſubſtantivo in im, ut ſummatim: in ĭtus, ut funditus. ab adjectivo pariſyllabo fit mutato o finali in ablativo in ē, ut à pulchro, pulchrè: à docto, doctè: ſic a ſuperlativo, ut pulcherrimè, doctiſſimè. a comparativo fit à recto, æquè ac neutrum à naturali, ut doctior, doctiùs: fortior, fortiùs. a major magis tamen. A bono, malo, ritu, benĕ, malĕ, ritĕ.

Quædam in ē & ō exeunt, ut falſe, falſò, ſic à certo, ſedulo, commodo, optato, cogitato, tranquillo, directo, manifeſto, clandeſtino, repentino, perpetuo, raro, quod & rarenter. In ò tantùm, modŏ, citŏ, ſero, ſerio, ſecreto, ſecundo, crebro, mutuo, vulgo, craſtino, jurato, augurato, auſpicato. a ſolo ſolùm. In ò & ùm à primo, cætero, æterno, quod & æternè. In è & im à cauto, fuſo, ſtricto, cumulato, moderato, diſcreto, privato, perplexo, concinno.

Ab impariſyllabo fit addito ablativo ter, ut forti, fortĭter. at à miti, mitè, ſic à triſti, fa-

cili

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

cili. Quædam in è & iter exeunt, ut lenè leniter, ſic à ſuavi, ſublimi, & à pariſyllabis, ut à duro, puro, firmo, gnaro, gnavo, mundo, blando. probo, largo, amplo, amico, amœno, avaro, humano, ſyncero, ſevero, tenero, benigno, novo, inde & nuper. à navo naviter tantum. ab alio aliter & aliàs. ab omni, omninò. à deſinente in lentus è & er, ut à luculento, luculente & luculenter. Contracta ſunt audacter, difficulter, pro audaciter, difficiliter.

In ns deſinentia addunt e ablativo r, ut amans, amante, amanter: diligens, diligente, diligenter.

Nomen aliquando adverbÿ vice ponitur, ut Sole recens orto - - -

Adverbium numeri fit à nomine, excepto ſemel, bis, ut ter, quater, ſed reliqua deſinunt in ies, ut quinquies. in am. biſariam, triſariam, quadriſariam, aliquotſariam, multiſariam, omniſariam.

CAPVT IX. DE CONjunctione.

Conjunctio eſt vox inflexilis, qua aliæ voces conjunguntur: eſtq; enunciativa aut ratiocinativa. Enunciativa eſt, qua enunciationis partes conjunguntur: eſtq; congregativa aut ſegregativa.

tiva. Congregativa eſt, qua partes tanquam ſimul veræ congregantur: eſtq; copulativa aut connexiva. Copulativa eſt, qua partes abſolutè copulantur, ut &, ac, atq;. Connexiva eſt, qua pars conſequens ex antecedentis conditione connectitur, ut ni, ſi, niſi. Segregativa eſt, qua enunciationis partes velut non ſimul veræ ſegregantur: eſtq; diſcretiva aut disjunctiva. Diſcretiva eſt, qua partes ratione tantùm diſcernuntur, ut at, ſed, etſi. Diſjunctiva eſt, qua partes ita, velut una ſaltem vera ſit, diſjunguntur, ut an, aut, vel, ſeu. Conjunctio ratiocinativa eſt, qua ratiocinationis pars alia ex alia aſſeritur: eaq; cauſalis aut rationalis. Cauſalis eſt, qua antecedentis rei cauſa redditur, ut quia, nam, enim. Rationalis eſt, qua ex antecedente conſequens concluditur, ut ideo, ergo, igitur. Atq; hæc de notatione, ſequitur conſtructio.

LIBER SECVNDVS, DE CONSTRVCTIONE.

CAPVT I. DE CONVEnientia nominis.

Conſtructio eſt legitima conjunctio vocum: eſtq; in convenientia aut rectione. Convenientia

eſt.

eſt, quando voces communibus proprietatibus conveniunt: eſtq; vocis flexilis aut inflexilis. Vocis flexilis eſt nominis cum nomine, aut verbi cum nomine.

Nomen cum nomine convenit
numero, genere, caſu.

Graui teſte privatus ſum, amoris ſummi erga te mei, patre tuo clariſſimo viro.

Irregularia 1. *Numero. Nomini ſingulari collectionis, & multis ſingularibus, convenit nomen & verbum plurale.*

Vos ô Pompilius ſanguis reprehendite carmen.
Simus & Crito vicini noſtri hîc ambigunt.

2. *Genere* 1. *unius ad unum Pronomen relativum quis, inter duo ſubſtantiva diverſi generis, convenit antecedenti vel ſequenti.*

Antecedenti. Homines tuentur illum globum, qui terra dicitur. Sequenti. Animal plenum rationis, quem vocamus hominem.

2. *Perſona pro re diverſi generis, & econtrà ſumpta, genere diſconveniunt.*

In Eunuchum ſuam, id eſt, in fabulam Eunuchum. Centauro invehitur magna, id eſt, magna navi Centauro.

2. *Multorum ad unum.* 1. *Animatorum genera diverſa maſculino, inanimatorum neutro conveniunt. Pater mihi & mater mortui.*

Pul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Pulchritudinem, conſtantiam, ordinem in conſilijs, factisq; conſervanda putat, ſic animata tranſnominativè ſumpta. Mars, Venus & Bachus ſunt inimica mihi: pro bello, libidine & ebrietate.

2. *Animatorum & inanimatorum genera diverſa, conveniunt animato. Cæſosq; reportant Almonem puerum, fœdatiq; ora Galeſi.*

3. *Numero & genere. Nomen cum nomine interpoſito EST, caſu tantùm neceſſariè convenit. Omnia pontus erat. Amantium iræ amoris redintegratio eſt.*

CAPVT II. DE CONvenientia verbi.

Verbum cum nomine convenit numero & perſona: ego & nos primæ, tu & vos & vocativi ſecundæ, nominativi reliqui omnes tertiæ perſonæ conveniunt. Si vales, gaudeo, ipſe valeo, & Tullia noſtra rectè valet.

Irregularia. in numero modò dixi. Perſona. Nomen primæ perſonæ cum nomine ſecundæ vel tertiæ, convenit verbo primæ: Nomen ſecundæ perſonæ cum nomine tertiæ convenit verbo ſecundæ. Neq; ego neq; tu fecimus. Ego & ſuaviſsimus Cicero valemus. Si tu & Tullia lux noſtra valetis. ſic in diverſo numero, ut Ego & vos

Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure.

Adjectivum & verbum deliberationis convenit infinito verbali Avidus confundere fœdus. Optat arare caballus.

Caput III. de convenientia vocis inflexilis.

Convenientia vocis inflexilis eſt cum nomine aut verbo. 1. Cum nomine. Adverbium vocandi ad primam & tertiam perſonam, nominativo, ad ſecundam, vocativo convenit. O ego lævus, ô vir fortis atq; amicus. ô mi Aeſchine, o mi germane, Ehem mi vir, ehem mea uxor.

2. Cum verbo. Adverbium optandi convenit verbo ſubjuncto, ſed tempus præteritum in præſente & præterita ſignificatione, & tempus præſens in futura ſignificatione uſurpat utinam haberem, quid darem vobis conſilij utinam in ſententia permanſiſſem. utinam illum diem videam, cm tibi agam gratias.

Conjunctio ſumpta vi cauſali, convenit verbo ſubjuncto, ſed tempus perfectum præſens, in futura ſignificatione uſurpat, mutato in prima perſona ſingulari rim finali in ro. ut ſalvus regnet, vivatq; beatus. Cave ne titubes, mandataq; frangas. Cum venturam dixero & conſtituero. Emoriar ſi hanc non uxorem duxero. Sic verbum vi jubendi abſolutè poſitum, ut

Gadeat an doleat, cupiat, metuatvè, quid ad rem?

Atq; hactenus convenientia, ſequitur rectio.

Caput

Rectio eſt, quando vox vocem certo caſu regit: eſtq; in obliquo caſu uno aut binis. Rectio in caſu uno eſt, ubi vox unicum caſum regit: genitivum aut accuſativum, dativum aut ablativum.

Nomen rei regit ganitivum poſſeſſoris.

Martis equi bijuges & magni currus Achillis.
ſic cum verbo ſum, ut, cuſtos es pauperis horti.

Nomen collectionis, partitionis, pretij & menſuræ, item pronomina mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, & gerundium in di, ſunt tanquam genitivi poſſeſſoris. Argenti pondus & auri. Aeris acervus & auri. Mille ovium inſanus morti dedit. Duæ filiæ, harum altera occiſa. altera capta eſt Fabula nullius Veneris. Vallem duodecim pedum extruxit. Pignora chara ſui. Victus amore tui. Studia venandi, honeſta exempla ludendi.

Adjectivum deſiderij & notitiæ. gradus ſuperlativus, Adverbium quantitatis, & quædam loci & temporis, item verbum miſereor, & vox inſtar regunt genitivum. Laudis cupidus, avidus victoriæ. Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium. Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ. Præſtantiſſima omnium fœminarum uxor tua ſic & comparativus, ubi mentio fit de duobus. O major juvenum; uter eſt inſanior horum? Nihil novi, nihil literarum. Salis ſatis eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

ſannionum parum. ſic inde verbum ſatago, ſuarum rerum ſatagit. plus mali eſt quam commodi. Me ſcito tantum habere æris alieni. Quantum in cujusq; animo roboris atq; nervorum. In quibus aliquid conſilij & dignitatis fuit. Quid morbi eſt? Quid tu hominis es? ubivis gentium agere ætatem. ubicunq; locorum vivitis. Fratrem nuſquam invenio gentium. Tu autem abes longè gentium. Iam temporis, nunc ævi pridie & poſtridie ejus diei. Miſerere parentis longævi.

Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.

Imperſonalia, refert & intereſt, commoditatem vel officium ſignificantia, regunt genitivum, admiſsis etiam genitivis pretij & æſtimationis, tanti, quanti, magni, parvi. In reliquis ſæpiùs habent multùm parùm. Reipublicæ refert conſervari literas. Intereſt omnium rectè facere. utriusq; magni intereſt. Parvi retulit non ſuſcepiſſe. Excipiuntur pronomina poſſeſsiva, mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cuja. Quod ego & mea, & reipublicæ, & maximè tua intereſſe arbitror.

Caput V. de rectione accuſativi.

Verbum activum, ejusq; ſignificationis, imperſonalia, decet, delectat, juvat, oportet, & adverbium exclamandi regunt accuſativum. Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi. ut virum fortem decet. Id noſmetipſos facere oportet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

tet. O fauſtum & fœlicem hunc diem! En tectum! en tegulas! en obductas fores! en ludiſicatum herum! Ecce miſerum hominem. Heu & eheu me miſerum.

Verba rogandi & veſtiendi, item doceo & cœlo regunt geminum accuſativum, alterum perſonæ, alterum rei. Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes. Induit hic hominem ſeſe vultumq; benignum. Quid te aſine literas doceam? Te cauſas & ſigna docebo. Nunc huc confugit, te atq; alios partum ut cœlaret ſuum.

Imperſonalia affectus regunt accuſativum rei, cum genitivo patientis aut infinito verbali. Pietatem gnati nonne te miſeret mei? Inopis nunc te miſereſcat mei. Me tuarnm miſertum eſt fortunarum. Tui te conſilij pœnitet & nos. Nec te pœniteat pecoris. Noſtri nec pœnitet illas. Fratris me quidem pudet, pigetq; Me non ſolum piget ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudet. Me civitatis tædet, morumq; piget. Sunt homines, quos libidinis & infamiæ ſuæ neq; pudeat, neq; tædeat. Nonne te ita loqui pudet? Nec te pœniteat calamo trivìſſe labellum.

Caput VI. de rectione dativi.

Vox commodi & incommodi, verbnm attribuendi & adimendi aliquid cuipiam, imperſonalia pleraq;, ſum pro habeo, adverbia exclamandi hei, heu, væ regunt dativum. Neq; honeſtum mihi, neq;

neq; utile ipſi virgini eſt. Luxuria cùm omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſsima eſt. ut tibi concedam, neq; tuæ libidini adverſabor. Fortitudini ægritudo repugnat. utilitas honeſtati repugnat.

Qui ſæpè propter invidiam adimunt diviti, aut propter miſericordiam addunt pauperi. Ferte miſero atq; innocenti auxilium, ſubvenite inopi. Alteri ſubripere jus non eſt. Peccare licet nemini. aliјs ſi licet, tibi non licet.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Dolet dictum adoleſcenti. Homini ſemiſsis maxima copia eſt. Quòd mihiq;, heræq;, filiæq; herili eſt. Hei, heu, væ miſero mihi. Væ capiti tuo.

Verùm ubi verbo ſum, commodum aut incommodum jungitur, regit geminum dativum, alterum perſonæ, alterum rei. Iſthæc mihi res ſolicitudini eſt. Aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi. ſic cum verbis duco, verto, puto, habeo. Tu nunc tibi id laudi ducis. Nec timuit ſibi ne vitio quis verteret olim. utrum ſtudionè id ſibi habet, an laudi putat fore.

Caput VII. de rectione ablativi.

Vox privandi, gradus comparativus, & hæc verba deponentia, utor, fruor, fungor, veſcor, potior, regunt ablativum. Graui teſte privatus ſum. Hæc virgo orba eſt patre. Orbus iјs rebus omnibus. Morte carent animæ. Omni cultu & victu humano carebat. Hoc me libera miſerum metu. Ego

hoc

hoc te faſce levabo. Emunxi argento ſenes. Apollonium omni argento ſpoliaſti. Omnis ratio vacare debet temeritate & negligentia.

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.

Quid eſt in homine ſagaci ac bona mente melius? utere ſorte tua. Mea lege utar. Gaudio hoc falſo frui. Meo ingenio frui. Fungar inani munere. Eodem illo munere fungebatur. Lacte, caſeo, carne veſcor. Viſceribus miſerorum, & ſanguine veſcitur atro. Teucri potiuntur corpore & armis. Idq; de rectione in caſu uno.

Caput IIX. de rectione genitivi cum aliis.

Rectio in caſibus binis eſt, ubi vox utrumvis caſum è binis regit: ut genitivum cum aliis, aut accuſativum cum aliis eaq; rectio è prima pendet.

Verbum memoriæ & oblivionis regit genitivum vel accuſativum. Faciam ut hujus loci, dieiq; meiq; ſemper memineris. Numeros memini ſi verba tenerem. Veteris contumeliæ oblivíſci, num etiam recentium injuriarum.

Quiſquis es, amiſſos hinc jam obliviſcere Grajos.

Nomen affinitatis & contrarii regit genitivum vel dativum. Neq; illarum affinis eſſe rerum quas fert adoleſcentia. Hegio his eſt cognatus proximus, affinis nobis. Filii eſt amica Bachis. Pater amicus ſummus nobis. Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum. Par levibus ventis, volucriq; ſimillima ſomno.

Hujus virtutis contraria eſt vitioſitas. Voluptatem dicimus honeſtati eſſe contrariam. Temperantia libidinum inimica. Gens inimica mihi.

Vox copiæ & inopiæ, & judicij, regit genitivum vel ablativum. Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans. Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis. Plena erant omnia timoris & luctus. Erant plena læticia & gratulatione omnia.
Implentur veteris Bachi, pinguisq; ferinæ.
Neptunus ventis implevit vela ſecundis.
Erroris ego ambo illos & dementiæ implebo.
uterumq; armato milite complent.
Pauper Opimius argenti poſiti intus & auri.
Nudus agris, nudus nummis inſane paternis.
Nec medici credis, nec curatoris egere. Malo virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam, quæ viro. ſic opus eſt pro egeo. Nobis temporis, & magni laboris, & multæ impenſæ opus fuit. Authoritate tua nobis opus eſt, & conſilio & gratia.
Nunc animis opus AEnea, nunc pectore firmo.
Integer vitæ ſcelerisq; purus. Integer eſt mentis. Integer eſt animo, ſic liber, reus, dignus, inſons. Non capitis ejus res agitur, ſed pecuniæ. Qui capitis damnarent, qui pecunia mulctarent. Sceleris condemnat generum ſuum. Condemnabo eodem te crimine. Commotæ crimine mentis abſolves hominem & ſceleris damnabis eundem.

Nomen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Nomen pretij, formæ & adjuncti ponitur genitivo vel ablativo. Alia pluris æſtimanda alia minoris. Neq; civitas levi momento æſtimare. Vendo meum non pluris, quam cæteri, fortaſſe etiam minoris. Glorioſa ſapientia magno non æſtimanda eſt. Te ſemper maximi feci, ſic hujus oſtenſivè ſumptum, ut hujus non faciam. Verùm quæſtio pretij genitivo, reſponſio ablativo ponitur.

Quanti emptæ? parvo, quanti ergo? octuſsibus.
Ingenui vultus puer, ingenuiq; pudoris.
Divina ſpecie juvenis, pulcherrimus ore.
Vir & conſilij magni, & virtutis. Homo antiqua virtute & fide. Summæ nobilitatis adoleſcens. Summa virtute & humanitate adoleſcens.

Caput IX. de rectione accuſativi cum alijs.

Verbum præſtandi regit accuſativum vel dativum. Magnum præſtat Achillem. Homo homini quid præſtat. Hæc ſuperat ipſam Thaidem. Captæ ſuperavimus urbi.

Adjectivum menſuræ regit accuſativum vel ablativum. Taleæ pedem longæ. Perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ. Longum ſeſquipede, latum pede. Seſquipede eſt, quam tu longior.

Præpoſitio ſignificans ad et apud locum accuſativum, in & è loco ablativum regit. Ingenium eſt omnium hominum à labore proclive ad libidinem Ergo ubi me in monteis & in arcem ex urbe remo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Sed accuſativum regunt. (ob, extra.
Pone, ſecundum, erga, trans, præter, propter,
Circa, ultra, contra, juxta, apud, ante, citra.
Poſt, prope, ſupra, infra, cis, circiter, inter, & in-
Verſus, ad, adverſus, per, penes, uſq;, ſecus. (tra.
Et ablativum regunt.
Clam, procul, abſq;, palam, cum, de, ex, præ,
(a, pro, ſine, coram.
Sub, ſuper, in, tenus, & ſubter, utrumq; regunt.
Tenus ablativum ſingularem, & genitivum pluralem regit. Pulchro pectore virgo pube tenus. Crurum tenus a mento.

Nomen cauſæ, inſtrumenti, materiæ, nationis, temporis, ſpacij, & proprium nomen oppidi, inſulæ & arcis: item gerundium & ſupinum eſt tanquam caſus præpoſitionis. Membra metu debilia ſunt. animus amore obſtupuit. Confectus languore & fame. Fervet avaritia miſeraq; cupidne pectus. Dente lupus, cornu taurus petit. Duplicem gemmis auroq; coronam. Cato ortu Tuſculanus, civitate Romanus. Novus maritus anno demum quinto & ſexageſimo. Nocte illa prima virginem non attigit. ſic regnante Tarquinio ſuperbo Pythagoras in Italiam venit. item.

Nil deſperandum Teucro duce & auſpice Teucro. Hic jam tercentum totos regnabitur annos Bienni-um ibi perpetuum miſera illum tuli: ſic ſedecim, ſexaginta, undeoctoginta annos natus. Patet ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes.

Treis pateat cœli ſpacium, non amplius ulnas. Nec longis inter ſe paßibus abſunt. Thebis nutritus an Argis. Si me Rhodum aut Mytilenas contuliſſem. Ex aſſentando, indulgendo, & largiendo. Ego vapulando, ille verberando uſq; ambo defeßi ſumus. Dies hic mihi ut ſit ſatis vereor ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas. Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli. Luſum it Mecœnas, dormitum ego. Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat. Atq; in his ſubintelliguntur præpoſitiones, à ab, è, ex, de, in, ſub, ad, cum, per, quæ ſæpe reticentur, æquè ac aliquando etiam aliæ voces, ut in convenientia, caper tibi ſalvus & hœdi. &, locus, tempus conſtittuum eſt & in rectione, Ventum erat ad Veſtæ &, ubi ad Dianæ veneris. ubi voces ſalvi, conſtitutus, templum ſubintelliguntur.

Verùm proprium nomen ſingulare pariſyllabum oppidi, inſulæ & arcis, ubi in loco eſſe ſignificat, genitivo ponitur. ut & hæc communia, domus, humus, toga, militia, bellum, additis adjectivis mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, aliena Cùm enim Laodiceæ, cùm Apameæ, cùm Sinadis, cùm Philomeli, cùm Iconij eſſem. Romæ ne & domi tuæ, cujus mali res eſſet, an Mitylenis, aut Rhodi malles vivere. Nonne mavis ſine periculo domi tuæ eſſe. quàm cum periculo alienæ. ut meæ domi curetur diligenter. Quæ nunc domi tuæ eſt. jactatur domi ſuæ vir optimus. Diodorus multos annos noſtræ domi vixit. una ſemper militiæ & domi fuimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Quorum virtus fuerat domi militiæq; cognita. Quibuscunq; rebus vel domi vel belli poterunt. Belli togæq; principi gratus fuit. Serpit humi tutus. Idq; etiam cum verbo motus ad locum genitivi ponitur, ut *corpora fundat humi.* Verum in his uſus invaluit: atq; artis porro non eſt, uti ipſe Ramus, & quidem dextrè autumat. Cum verbo verò motus ad locum & è loco, ſubintellectæ præpoſitionis caſum retinent. Semperq; reticetur præpoſitio ante vocem rus, ubi ablativus ruri, vt & Carthagini.

Caput X. de rectione vocis ortæ.

Atq; hæc eſt rectio vocis primæ: vocis ortæ unica regula eſt.

Vox orta retinet caſum ſuæ primæ.

Itaq; vox compoſita ſuæ ſimplicis, gradus uterq; et inde ortum adverbium ſui abſoluti, infinitum & participium ſui verbi caſum retinet. verùm id eatenus, quatenus compoſitæ ſignificatio non mutatur: nam ſequor regit accuſativum, ut verbum activæ ſignificationis, at inde compoſitum obſequor pro obedio, & inde ortum regit dativum, ut verbum commodi.

Torva leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam. Florentem cythiſum ſequitur laſciva capella. at parenti potius quàm amori obſequi Homo voluptati obſequens. Aptius humanitati & ſuavitati tuæ, æquè ac aptus vox commodi, &, *vita inſidiarum*

diarum periculorumq; pleniſſima , perinde atq; ple-
nus vox copiæ ſic & nihilominus , omnium ele-
gantiſſimè , haud ſecus atq; gradus eorum : ſic gra-
dus orti a prope. Propius Romanos acceſſit. Caſtra
propius hoſtem movit. Quam proxime Italiam.
Suſpectans tabulam quandam pictam. Parteis tuas
acturus eſt. Quam tu rem actura obſecro es? Meo
labori haud parcens.

Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

Aedificare caſas , ploſtello adjungere mures.

Aedificante caſas qui ſanior? utendum eſt ætate.

Gratulatione utendum eſt.

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?

Hos accuſando , illos occidendo civitatem labefacta-
ſti. Nutricem accerſitum iit. uſa ſum benigno , &
lepido , & comi.

Verbum compoſitum cum præpoſitione ſæpe re-
tinet caſum præpoſitionis.

Adire Corinthum. Obire mortem. Prætervecti
ſumus ſcopulos. Ponteis tranſilit altos. Quas ven-
to acceſſerat oras. Tyriam qui adveneris urbem.
Abſtinuit Venere & vino. Exire domo. Cœna de-
ſurgit dubia.

Sæpeq; præpoſitio repetitur. Accede ad ignem
hunc. Abduci ab oculis. Idq; de conſtructione dictum
ſufficit : licet quædam voces alias , atq; dictum eſt,
conſtruuntur : tamen ſequi hæc fila Latiniſſimum
erit.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Caput IX de ordine conſtructionis.

Conſtructio requirit ordinem & interpunctionem: nam vocum conſtructio ſententiam efficit, eaq́; in ordinem redigenda, notulisq́; diſtinguenda eſt.

Ordo eſt vocum in conſtruendo juſta coordinatio: cujus naturalis progreſſio ſic eſt: Primum locum obtinet vocativus, præpoſita vocula exitandi, poſtpoſito verò verbo ſecundæ perſonæ: ſecundum, nominativus cum ſuo obliquo: tertium, verbum finitum cum adverbio; quartum, caſus verbi, primò accuſativus, deinde reliqui obliqui: quintum præpoſitio cum ſuo caſu.

Exemplum.

Quis deus ô Muſæ tam ſæva incendia Teucris
Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes.
Dicite - - - - quarum vocum tenor in ordinem redactus ſic erit.

O Muſæ dicite, quis deus avertit tam ſæva incendia Teucris? quis depulit tantos ignes de ratibus. Verùm hujus ordinis exemplum vix ita plenum, uti præſcripta ratio voluit, ſed ferè ſemper mancum atq́; mutilum reperitur Sæpeq́; vocum ordo in conſtruendo mirandum in modum confunditur: ut

Vina bonus quæ deinde cadis oneraret Aceſtes
Littore Trinacrio dederatq́; abeuntibus, heros
Dividit - - - - cujus ordo ſic eſt.

Heros dividit deinde vina, quæ bonus Aceſtes onerave.

rave.

raverat cadis, & dederat abeuntibus de littore Trinacrio Verùm hic ordo Grammaticus atq; puerilis eſt Nam longè aliud eſt Grammaticè ac pueriliter, quam doctè ac latinè loqui. Quomodo autem voces in oratione Latiniſſimè coaptantur, id non arte ſed ratione magiſtra percipitur. Illius ergò hoc de ordine dictum ſufficit.

Caput X I I. de interpunctione.

Interpunctio eſt clauſularum per notulas debita diſtinctio: cujus notulæ pro varia affectione clauſularum variæ ſunt: quarum principales ſunt. virgula, inciſum, punctum. Virgula eſt notula imperfectæ clauſulæ ſic, Inciſum eſt notula perfectæ clauſulæ, ſic: Punctum eſt notula abſolutæ ſententiæ, ſic. quorum exempla compræhenſa ſunt in hoc diſticho.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
At ſperate Deos memores fandi, atq; nefandi.:

Peculiares ſunt notæ admirationis, interrogationis, interpoſitionis. Nota admirationis eſt, cum admiratione motus aliquis exclamat: cujus ſignum ſic eſt ! ut, ô cœlum ! o terra ! ô maria Neptuni ! Nota nterrogationis eſt, quando clauſula aliquid interrogat, cujus ſignum ſic eſt ? ut. Quid loquar ? aut ubi ſum ? quæ mentem inſania mutat? Nota interpoſitionis eſt, ubi clauſula ſententiæ obiter interponitur: cujus ſigna ſic ſunt ( ) ut.

Iamq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Iamq; dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſi dy voluiſtis) habebo.

Sunt & alia ſigna in uſu , ut vocis unionis , ut ante‿volans , vocis diſſectionis , ut ſuper-bos. vocalium ſegregationis , ut aulăi. vocalis rejectionis , ut dixtin' pro dixti ne , eaq; frequens ac diligens uſus , atq; aſsidua lectio facile ſuppeditabit.

FINIS.

ERRATA.

A. pagina 9. verſu 16. ſequente præpoſitione , inſere , comparativum. Pagina 10. verſu 1 pro ſumus lege ſummus. verſu 7. pro divitor lege divitior. C. Pagina 15. verſu 7. pro SECVNDVS l. TERTIVS.

Omnia ſunt hominum nil niſi dona Dei.

(c.i.)

erbum,

nionis,
ſuper-
alis re-
uens ac
ditabit.

poſitio-
. ver-
. pro
s. ver-
IVS.

ai.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 118 [47,-63 8°]